



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 57. Oratorum postulata ad Legatos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

Sæcul. XVI. **A.C. 1562.** aderant dantaxat præter Cæsaris Legatos, Oratores Galli, Lusitani, Helvetii & Pagnanus, qui Piscario Marchioni a secretis erat. Hi una omnes in Archiepiscopi ædibus convenerant, ubi Dracovitijs Quinqueecclesiensis Episcopus prolixo sermone eos hortabatur, ut iunctis inter se consilijs Synodi Præsides, quatenus morum emendationi invigilarent, urgerent, hancque rem Synodo proponerent. Hæc propositio Lansacipergrata accidebat, verum ejus desiderio a ceteris minime satisfactum: quippe Helvetiæ, ac Lusitaniæ Oratores nullo pacto ad Lansaci molimina pertrahi poterant, quinimo Lusitanus juncta cum Pagnano opera ceteris omnino dissuadere nitebatur, ne Quinqueecclesiensis Episcopi propositionibus acquiescerent, vel saltem cum majori moderatione agerent. Hujus Oratoris prudenti consilio postea Cæsarei, ac Galli pariter consensere.

§. LVII.

Oratorum postulata ad Legatos.

Pall. l. 18. c. 8. n. 8. Porro præfati Oratores eodem die, priusquam postrema haberetur Congregatio, Legatos adibant, ubi Lansacus ceterorum nomine perorans, hæc exponerebat. I. Cum vos jam firmo statueritis animo ea, qua decidenda sunt,

Mem. pour le Conc. de Trente p. 293

sunt, nec retardare, nec immutare, saltem vos rogamus, ut futuræ Sessionis diem nobis significetis; de ea enim Regem Christianissimum certiores reddere iussus sum.

Sæc. XVI.
A.C 1562.

II. A nostris Principibus missi sumus, ut Synodo faveamus, remque eo dirigamus, quatenus ibidem juxta bonum, & æquum procedatur, non autem dogmatum decisiones efflagitare iussi sumus, cum circa doctrinam nullus nostrum dubitet; nam omnes sumus Catholici, hasque disputationes absentibus illis, qui ejusmodi dogmata impugnant, superfluas esse censemus: præcipue ergo missi sumus, ut piam, sanctam, ac integram morum emendationem urgeamus: cum vero insuperhabitis nostris precibus experti simus, quod Patres præcipua, ac controversa doctrinæ capita deciderint, ac ferme nihil de reformatione egerint, hinc unaomnes petimus, ut sepositis iis, quæ hucusque discussa, ac decreta fuere, articuli magis necessarii, majorisque momenti proponerentur.

§. LVIII.

Legatorum responsum.

Itaque Legati, cum Sessionem, in qua de Sacramento Ordinis, & Matrimonii ageretur, prorogandi necessitatem com-

Pallav. c. 8.

n. 9.

Mem. p. 294.

com-